NOMINA PONTIFICUM ROMANAE ECCLESIAE

Petrus APOSTOLUS
Linus MARTYR
Cletus MARTYR
Clemens MARTYR
Anacletus
Evaristus MARTYR
Alexander MARTYR
Syxtus MARTYR
Thelesphorus MARTYR
Yginus
Pius
Anicius MARTYR
Zoter
Eleuther
Victor
Zepherinus
Calistus MARTYR
Urbanus
Pontianus
Antherus
Fabianus MARTYR
Cornelius MARTYR
Lucius MARTYR
Stephanus I MARTYR
Syxtus II MARTYR
Dionisius
Felix I MARTYR
Euticianus MARTYR
Gaius MARTYR
Crisogonus MARTYR
Marcellinus MARTYR
Marcellus MARTYR

**1–107** NOMINA … Nicholaus: *This papal list, added to the blank recto, once concluded with Benedict III (d. 858). A slightly later hand has updated* 107 Nicholaus *(d. 867).*

Eusebius
Melciadis
Silvester CONFESSOR
Marcus CONFESSOR
Iulius CONFESSOR
Liberius
Felix CONFESSOR
Damasus CONFESSOR
Siricius
Anastasius CONFESSOR
Innocentius
Zosimus
Bonifatius I
Celestinus
ITEM Xystus III
Leo I CONFESSOR
Hilarius
Simplicius
ITEM Felix III
Gelasius
ITEM Anastasius II
Simmachus
Hormisda
Iohannes I MARTYR
ITEM Felix IIII
ITEM Bonifacius II
Mercurius
Agapitus
Silverius
Vigilius
Pelagius I
Benedictus I
ITEM Iohannes II

**42–46** Siricius … I] *nearly illegible due to rubbing.* **50** Hilarius] *corr. to* Hilarus *(?) V.*

ITEM Pelagius II
Gregorius I CONFESSOR
Sabinianus
ITEM Bonifacius III
ITEM Bonifacius IIII
Deusdedit
ITEM Bonifacius V
Honorius
Severinus
ITEM Iohannes III
Theodorius
Martinus
Eugenius
Vitalianus
Adeodatus
Donus
Agatho
ITEM Leo II
ITEM Benedictus II
ITEM Iohannes IIII
Conon
Sergius
ITEM Iohannes V
ITEM Iohannes VI
Sisinius
Constantinus
ITEM Gregorius II
ITEM Gregorius III
Zacharias
ITEM Stephanus II
Paulus
Adrianus
ITEM Stephanus III
ITEM Leo III
Paschalis

Eugenius

ITEM Gregorius IIII

ITEM Sergius

ITEM Leo IIII 105

ITEM Benedictus III

Nicholaus

PRIMA SYNODUS Nicena est acta temporibus divae memoriae Constantini, in qua praesedit Silvester Romanus episcopus et Alexander Constantinopolitanus cum patribus CCCXVIII et dampnaverunt Arrium. Iv

SECUNDA SYNODUS CONSTANTINOpolitana est acta temporibus divae memoriae Theodosii, in qua praesedit Damasus Romanus episcopus una cum aliis sanctis patribus CCCL et anathematizarunt Macedonium.

TERTIA SYNODUS EPHESINA PRIMA est acta temporibus divae memoriae Theodosii minoris, in qua praesederant Caelestinus Romanus episcopus et Cyrillus Alexandrinus una cum aliis sanctis patribus et anathematizarunt Nestorium.

QUARTA SYNODUS CALCIDONENSIS acta est temporibus divae memoriae Martiani imperatoris, in qua praesedit papa Leo et Flavianus Constantinopolitanus una cum aliis sanctis patribus DCXL et dampnaverunt Euticen.

ITEM.

*PRIMA SYNODUS IN Nicea CCCX et octo patrum contra Arrium Alexandrinum presbiterum, qui tres gradus in trinitate asserebat, patrem scilicet maiorem, filium minorem, spiritum sanctum creaturam, temporibus Constantini principis, Silvestri papae Romani, Macharii Hierusolimitani, Alexandri Alexandrini, qui condempnan*tes *heres*es *statuerunt canones XX, quorum auctor maxime prefatus sanctus Alexander episcopus fuit.*

*SECUNDA IN CONSTANTINOPOLIM CL patrum contra Macedonium Constantinopolitanum episcopum, qui negabat spiritum sanctum deum esse, temporibus Gratiani et Theodosi principum, Damasi papae <Romani>, Cyrilli Hierosolimitani, Nectarii Alexandrini, qui condempnata heresi statuerunt canones III, quorum maxime auctor beatus Nectarius Constantinopolitanus fuit.*

*TERTIA IN EPHESO CC PATRUM CONTRA Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat beatam virginem Mariam non dei sed hominis tantummodo gentricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, temporibus Theodosii magni principis, Caelestini papae Romani, Iuvenalis Constantinopolitani, Cyrilli Alexandrini, qui XII capitula contra*

**113** anathematizarunt] eunomeium et *add. above line and canceled V.* Macedonium] Constantinopolytanum episcopum *add. at line-end V.* **114** EPHESINA] *corr. from* EPHESENA *V.* **115** praesederant] *corr. to* praesederunt *V.* **117** Nestorium] Constantinopolytanum episcopum *add. at line-end V.* **121** Euticen] Constantinopolytanum abbatem *add. at line-end V.* **124** scilicet] *corr. from* scilicet et. **127** condempnantes hereses] *corr. from* condempnata heresi. **131** Romani] famam *V (and Vat. lat. 1341).* **135** Mariam] *add. in marg. V.*

**108–277** PRIMA … Cyclades: *On these prefatory items from Pseudo-Isidore's Hispana see the introduction above; and Richter, Stufen pseudoisidorischer Verfälschung p. 35–37.* **108–121** PRIMA … Euticen: *Also Vat. lat. 1341, fol. 1va. See Maassen, Pseudoisidor-Studien II, p. 5 [803].* **122–160** ITEM … PRINCIPALIBUS: *Also Vat. lat. 1341, fol. 1va–b. This and the following item represent prefatory Adnotationes occuring in a subtype of the Dionysio-Hadriana: Seckel/Fuhrmann, Die erste Zeile Pseudoisidors p. 26. In the absence of an edition, a representative Dionysio-Hadriana manuscript (Paris, Bibl. nat. Ms. lat. 1453) has been consulted for comparison.* **122** ITEM: *Vat. lat. 1341 has no rubric; but cf. Paris lat. 1453 (fol. 2r):* INCIPIT DE CANONIBUS APOSTOLORUM SEU DE SEX SYNODIS PRINCIPALIBUS RATIO LIBELLI PRIMI BREVITER ADNOTATA. Apostolorum canones, qui per Clementem Romanum pontificem de Graeco in Latinum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati, sunt .L. **127** condempnantes hereses: condempnata heresi *Paris lat. 1453 and Vat. lat. 1341.* **131** Romani: *So also Paris lat. 1453.*

*Nestorii blasphemiarum totidem capitula auctore eodem sancto Cyrillo anathematizando conscripserunt.*

*QUARTA IN CALCEDONE DCXXX patrum contra Euticen Constantinopolitanum abbatem, qui asserebat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo divinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis papae Romani, Iuvenalis Hierosolimitani, Anatholii Constantinopolitani, qui condempnata heresi statuerunt canones XXVII, quorum auctor maxime idem sanctus Anatholius Constantinopolitanus episcopus fuit.*

*QUINTA IN CONSTANTINOPOLIM contra Theodorum Mopsuestinum et omnes hereticos, qui – Theodorus – dicebat alium esse deum verbum et alium Christum, et sacram virginem Mariam negabat dei genetricem fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilii papae Romani, Domnini Antioceni, Eutichii Constantinopolitani, qui XIIII capitula anathematizando scripserunt contra Theodori et sociorum eius blasphemias.*

*SEXTA IN CONSTANTINOPOLIM CL patrum contra Macharium Antiochenum episcopum et socios eius, qui unam voluntatem et operationem in Christo fals*a suspicione *astruebant, temporibus Constantini principis, Agathonis papae Romani, Georgii Constantinopolitani, qui condempnata haeresi anathematizando scripserunt VIII capitula.*

*EXPLICIT DE CANONIBUS APOSTOLORUM VEL SEX SYNODIS PRINCIPALIBUS.*

*ITEM ADNOTATIO LIBELLI EIUSDEM DE SYNODIS ALIIS XXIIII, QUAE ANTE VEL INFRA SEU POST SEX SYNODOS LEGUNTUR ESSE CONSCRIPTAE.*

*PRIMA ADNOTATIO Anquiranae synodi, quae ante Nicenam fertur fuisse, sed*
IIr *propter auctoritatem maiorem postponitur, in qua patres XVIII statuerunt canones XXIIII, quorum auctor maxime Vitalis Antiocenus episcopus extitit.*

*Secunda Neocesariensis, quae post Anquiranam et ante Nicenam legitur fuisse, in qua patres XVI statuerunt canones XIIII, quorum auctor maxime Vitalis Salaminus extitit.*

*TERTIA GANGRENSIS, QUAE POST NICENAM legitur fuisse, in qua patres XVI statuerunt canones propter quasdam necessitates ecclesiasticas, maxime contra Eustasium, qui dicebat, quod nullus in coniugali* ordine *positus nec ullus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quae possideret, spem apud deum haberet, et multa alia venenosa, quae enumerare longum est.*

*QUARTA SARDICENSIS, IN QUA PATRES LX statuerunt canones XXI, quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus et Vincentius Capuanus episcopus et sanctae Romanae ecclesiae legatarius extiterunt.*

**161** EIUSDEM] *corr. from* EISDEM *V.* **177** legatarius] *corr. from* legatariis *V.* extiterunt] *corr. from* extiterant *V.*

**156** falsa suspicione: falso *Paris lat. 1453.* **161–224** ITEM … XXVIIII: *Also Vat. lat. 1341, fol. 1vb–2rb. This second Adnotatio from the Dionysio-Hadriana is incomplete after* 217 VICESIMA SECUNDA ITEM. *See* S*ECKEL*/F*UHRMANN*, *Die erste Zeile Pseudoisidors p. 26;* M*AASSEN*, *Pseudoisidor-Studien II p. 5f. [803f.]* **171** canones: XX *follows Paris lat. 1453.* **172** ordine: gradu *Paris lat. 1453.*

*Quinta Antiochene, in qua patres XXX statuerunt canones XXV, quorum auctor maxime Eusebius Palestinensis episcopus extitit.*

*SEXTA LAUDICENSIS, IN QUA PATRES XXII statuerunt canones LVIII, quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit.*

*Septima Cartaginensis, in qua patres CCXVII statuerunt canones XXXIII, quorum auctor maxime Aurelius Cartaginensis episcopus extitit; etiam sanctus Augustinus Ipponensis episcopus in eadem synodo legitur fuisse temporibus Honorii augusti.*

*Octava Africana*e *sub Theodosio minore augusto, in qua patres CCXIIII recitaverunt et firmaverunt canones CV, qui per diversa concilia Africanae provintiae temporibus Aurelii Cartaginensis episocopi leguntur esse conscripti.*

*NONA ARELATENSIS, IN QUA PATRES DC statuerunt canones, quorum auctores maxime Silvester urbis Romae episcopus et sanctus Marinus Arlatensis episcopus extiterunt, temporibus Constantini augusti, sicut quidam asserunt.*

*Decima item Arlatensis, in qua patres XVIIII statuerunt canones, quorum auctor maxime Caesarius Arlatensis episcopus extitit.*

*UNdecima item Arlatensis, in qua patres XVI statuerunt canones.*

*Duodecima item Arlatensis in vico Ortinsico, in qua patres XI statuerunt canones, quorum auctor maxime* [Sapardus] *sanctus Cesarius Arlatensis episcopus extitit.*

*TERTIADECIMA ITEM ARLATENSIS, IN QUA patres XVIIII statuerunt canones, quorum auctor maxime Sapardus Arlatensis episcopus extitit.*

*Quartadecima Arausicensis, in qua patres XVI statuerunt canones, quorum auctor maxime Hilarius episcopus extitit.*

*QUINTADECIMA EPAONENSIS, IN QUA patres XX*II*II statuerunt canones XL, quorum auctor maxime Caesarius episcopus extitit.*

*Sextadecima Agathensis, in qua patres XXXIIII statuerunt canones, quorum auctor maxime Caesarius episcopus extitit.*

*SEPTIMADECIMA AURELIANENSIS, IN qua patres LXXII statuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelian<us> Arlatensis episcopus extitit temporibus Chlodovei regis.*

*Octavadecima item Aurelianensis, in qua patres XXXI statuerunt canones, quorum auctor maxime Melanius Redensis episcopus extitit.*

*NONADECIMA ITEM AURELIANENSIS, IN qua patres XX*III *statuerunt canones, quorum auctor maxime sanctus Albinus Andegavensis episcopus extitit.*

*Vicesima Avernensis, in qua patres XV statuerunt canones, quorum auctor maxime Honoratus Brivitensis episcopus extitit.*

*VICESIMA PRIMA MATICENSIS, IN QUA patres XXI statuerunt canones, quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit.*

**186** Africanae] *corr. from* Africenae *V.* **188** conscripti] *corr. from* conscripta *V.* **189** ARELATENSIS] *corr. from* ARLATENSIS. **196** Sapardus] *cfr below* 199. **207** Aurelianus] Aurelianensis *V.*

**207** Aurelianus: *So also Paris lat. 1453.*

*VICESIMA SECUNDA ITEM.*

XXIII.

XXIIII.

XXV.

XXVI.

XXVII

XXVIII.

XXVIIII.

IIv *CONCILIA* HI*SPANIAE.*

*XXX. Concilium Elibertinum XVIII episcoporum.*

*XXXI. Concilium Terraconense X episcoporum.*

*XXXII. Concilium Gerundense VII episcoporum.*

*XXXIII. Concilium Cesaragustanum XII episcoporum.*

*XXXIIII. Concilium Hilerdense VIII*I *episcoporum.*

*XXXV. Concilium Valentinum VI episcoporum.*

*XXXVI. Synodus prima Toletani concilii XVIII episcoporum.*

*XXXVII. Synodus secunda Toletani concilii VIII*I *episcoporum.*

*XXXVIII.Synodus tertia Toletani concilii LXII episcoporum.*

*XXXVIIII. Synodus quarta Toletani concilii* XLII *episcoporum.*

*XL. Synodus Bracharensis prima VIII episcoporum.*

*XLI. Synodus Bracharensis secunda XII episcoporum.*

*XLII. Capitula ex orientalium patrum synodis a Martino episcopo Galliciae ordinata atque collecta.*

*XLIII. Synodus Spalensis prima VIII episcoporum.*

*XLIIII. Synodus Spalensis secunda VIII episcoporum.*

*XLV. Sententiae, quae in veteribus exemplaribus conciliorum non habentur, sed a quibusdam inserte sunt.*

*XLVI. Decreta quo*run*dam presulum Romanorum ad fidei regulam et disciplinam ecclesiasticam constituta.*

*XLVII. Synodus Toletana LXVIII episcoporum.*

SITUS DIVERSI PROVINTIARUM. *IN ITALIA XVI.*

**217–224** VICESIMA … XXVIIII: *Identically, Vat. lat. 1341 fol. 2v. The empty numbers reflect the Hispana interpolator's attempts to merge this overview of councils from the Dionysio-Hadriana with the following Hispana capitulatio. So also* M*AASSEN, Pseudoisidor-Studien II, p. 2 [804].* **225–246** CONCILIA … episcoporum: *Also Vat. lat. 1341, fol. 2rb–2va, excerpting from the capitulatio to the Hispana Gallica (D*ÍEZ*/R*ODRÍGUEZ*, Monumenta Hispaniae Sacra ser. can. III, p. 50–52 l. 37–55).* **247–277** SITUS … Cyclades: *Vat. lat. 1341, fol. 2va–b: Another additon to the contents of the Hispana, this one from Laterculus, Nomina Provinciarum (*M*OMMSEN, MGH Auct. ant. 9, p. 535–540).*

*CAMPANIA, IN QUA EST CAPUA; TUSCIA cum Umbria; Aemilia; Flaminia, in qua est Ravenna; Picinum; Lyguria, in qua est Mediolanus; Venetia cum Histris, in qua est Aquileia; Alpes Cottiae; Samium; Spulia cum Calabra, in qua est Tarentum; <Britt>ia cum Lucinia; Retia prima; Retia secunda; Sicilia; Sardinia; Corsica.*

*GALLIARUM XVII.*

*VIENNENSIS; NARBONENSIS PRIMA; Narbonensis secunda; Aquitanica prima; Aquitanica secunda; Novempopulana; Alpes maritimae; Belgica prima, in qua est Treveris; Belgica secunda, de qua transitur ad Brittaniam; Germania prima supra Renum; Germania secunda ut supra; Lugdunensis prima; Lugdunensis secunda super oceanum; Lugdunensis tertia super Senoniam; Maximam Sequanorum, Alpes Greciae.*

*IN AFRICA VI.*

*PROCONSULARIS, IN QUA EST CARTHAGO; Numidia; <Biz>acium; Tripolis; Mauritania Sitifensis; Mauritania Caesariensis.*

*ITEM IN HISPANIA.*

*TERRACONENSIS; CARTAGINENSIS; BETICA; Lusitania, in qua est Emerita; Gallicia; insulae Balearis; Tingetana trans fretum, quod ab oceano incisum terras intrat inter Calpem vel Albunam.*

ITEM *ILLIRICO XVIIII.*

*DALMATIA SUPRA MARE; PANNONIA prima, in qua est Firmium; Pannonia secunda; Valeria; Prevalis; Missia superior; Etpyrus vetus; Etpyrus nova; Norecus Repinsis supra Danubium; Norecus mediterranea; Sivia; Dardania, Hermontus; Dacia; Scitia; Creta insula; Achaia; Macedonia; Thessalia.*

ITEM *TRACUS VI.*

*TRATIA PRIMA; TRATIA SECUNDA; MISSIA inferior; Sicilia inferior; Europa, in qua est Constantinopolis, prius Lycus dicta sive Becansium; Rodapa.*

*IN ASIA XII.*

*Asia ipsa, in qua est Hilsum; Lycia; Galacia; Lydia; Caria; Helespontus; Panfilia; Pissidia; Frigia prima; Frigia salutaris; Lycaonia; Cyclades.*

**251** Brittia] Ressia *V.* **255** Belgica prima] *over line:* belgis nomen est civitatis unde et belgica. **256** Belgica secunda] *over line:* civitas remorum. **258** Lugdunensis secunda] *over line:* turonis. Lugdunensis tertia] *over line:* senonum civitas. **259** Sequanorum] *over line:* lugdunensis quarta rothomagus. **261** Bizacium] Heiacium *V.*

**258** super Senoniam: *Ibid. p. 538 n. 14–15; the reading is a corruption for* Lugdunensis tertua, ut supra; Senonia. **277** Cyclades: *The text ends here with the Asian provinces at the bottom of the folio; Vat. lat. 1341 fol. 2vb, has the conclusion of the Notitia.*

1r *BELGICA II*, IN QUA EST METROPOLIS CIVITAS REMORUM DUROCORTORUM, HABET CIVITATES NUMERO XII.

CIVITAS METROPOLIS *REMORUM*

Civitas *Suessionum*

Civitas *Cadelaunorum*

Civitas *Viromandorum*

Civitas *Atrebatum*

Civitas *Cameracensium*

Civitas *Turnacensium*

Civitas *Silvanectum*

Civitas *Belvac*ensium

Civitas *Ambianensium*

Civitas *Morinum*

Civitas *Bononensium*

**280** Civitas … Remorum] *over erasure.*

**278–291** BELGICA … Bononensium: *Cfr Vat. lat. 1341, fol. 2vb–3va (esp. 3ra), and the introduction above. The text, added by a high medieval hand, is an excerpt from Laterculus, Notitia Galliarum (MOMMSEN, MGH Auct. ant. 9, P. 556).*

LXXX.CCCC.I.

ΠΥΑ. Reverentissimo et sanctissimo patri Weniloni Rotomagensi[s] archiepiscopo, Liutadus Vinc[en]iensis episcopus aeternam in domino salutem.

Optarem valde, si nobis spatia terrarum sinerent, fraternum et amicissimum vobiscum habere colloquium atque de nostris communibus opportunitatibus tractare. Sed, quia id prolixitas itineris denegare videtur, vestram sanctitatem humiliter exoro, ut mei <me>moriam coram sancto altari habere dignemini vestraeque me commendare ecclesiae, quoniam vestram caritatem iam in gremio ecclesiae nostrae recepimus et pro vobis cotidianis praetibus dominum exoramus. Caeterum comperiat sanctitas vestra quemdam fratrem nostrum et filium ecclesiae nostrae nomine Vulfadum subdiaconum me petente traditum mihi per litteras, quas ecclesiastica consuetudo formatas appellat, a venerabili Ebbone quondam Remensi archiepiscopo. Et, quia impedientibus quibusdam causis, postquam mihi traditus erat, in propria remansit ecclesia, me suggerente ordinavit eum idem Ebbo in gradu diaconatus. Nunc autem, quia scitis eum propter causas necessarias in partibus vestris morari, sicut mihi commendatus erat, vobis eum committo vestraeque custodiae et providentiae delego et, ut ad maiores gradus eum provehatis, suppliciter exoro. Credimus enim, quoniam et sapientia et mores ad hoc eum dignum iudicant. Commendamus igitur vestrae beatitudini ecclesiaeque vestrae praefatum fratrem nostrum Vulfadum et de profectu eius petimus vos laetari in aeternum.

Ac sicut mos ecclesiasticus est et inventum et constitutum a CCCXVIII in Nicea sinodo episcopis, formatam epistolam facientes, ut in nomine sanctae et individuae trinitatis nostrum opus largitionis et dimissionis huius nostri dilecti fratris roboratum fructuosius et utilius fieret, in subputatione calculationis assumpsimus prima elementa Greca patris et filii et spiritus sancti, Π Υ Α, quae octogenarium et quadringentesimum <et primum> significa<n>t; nostram quoque, qui scribimus, primam litteram Λ vestramque, cuius beatitudini scribimus, secundum Υ, accipientis fratris, tertiam Λ, civitatis nostrae, de qua scribitur, quartam Σ, inditione Ι, canonicum ordinem tenentes, huic nostrae epistolae afficimus, atque Grecarum l<itte>rarum numerum in summa<m> collectum epistolam tenere fecimus, id est: LXXX, CCCC, I, LXXX, ut per omnia rata et legitima nostra dimissoria auctoritas procederet.

Separatim autem, ut epistolam clauderemus, nonagenarium et nonum numerum Graecis elimentis etiam significavimus et omnino firmavimus: Ϙ Θ.

**293** Reverentissimo] *corr. from* Reventissimo. Rotomagensis] *corr. from* Rotimagensis. **294** Vinceniensis] *corr. from* Vincensiensis. **298** memoriam] moriam *V.* **304** Remensi] *corr. from* Remensis. **305** me suggerente] *corr. from* meggerente *V.* **306** gradu] gra*du *V.* **307** vestris] *corr. from* vestres *V.* **317** Υ Α] *over erasure V.* **322** litterarum] laterarum *V.*

**292–326** LXXXCCCCI … Θ: *This letter, transmitted uniquely by Vat. lat. 630, is also ed.* Zeumer, *MGH Formulae p. 562 (n. 19). It claims to date from the first indiction (* 321: inditione I*), either 853 (which may be too early for Wenilo to be archbishop of Rouen) or 868 (two years after Wulfad, here called a subdeacon, had become Archbishop of Bourges).* **293–294** Weniloni … episcopus: *Wenilo, archbishop of Rouen, d. 869.* **294** Liutadus … episcopus: *Liutad, bishop of Vence (d. 868?).* **302** Vulfadum subdiaconum: *Wulfad, archbishop of Bourges (d. 876), ordained to the subdiaconate in 840/841.* **303–304** Ebbone … Remensi: *Ebo archbishop of Reims 816–835 at which point he was deposed; doubtfully restored in 840/841, when he ordained Wulfad; bishop of Hildesheim 845–851.* **323** LXXX$^1$ … LXXX$^2$: *The correct numbers would be 80, 400, 1, then 30 (not 80 again), 400, 30, 200, 1. Compare also the head of the letter,* 292, *where again only the numbers deriving from the trinity are correctly adduced.*